



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Sacra simul & non Sacra.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

fanguinem, sive morbum quemcunque cohibentibus : hinc Cassiodorus *Psalm. 115.* merito dixit fuisse variis morbis efficacem remedium trinam recitationem huius versus : *Domine, dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis* : quod rectè intellexit Sanchez *lib. 2. Dec. cap. 40. num. 36.* non esse id superstitiosum, quando nequaquam ab ipsa terrena repetitione, sed à devotione ter repetentis in honorem Sanctissimæ Trinitatis effectus (& quidem non infallibiliter) intendetur impetrari.

48. Quando ergo hisce factis aliquid inutile, seu vanum misceri contingeret, regulam hanc serva : Te Secutum esse à superstitione, si quemadmodum corrigis prædictam infallibilitatis credulitatem, sic corrigas, vel tollas illas circumstantias vanas, & inutiles, & consequenter periculo superstitionis expositas : ita Sanchez *ibid. num. 31.* Verbi gratia, ad sanitatem, vel gratiam impetrandam requirit quis, ut missa dicatur cum vestibus incongrui coloris, vel ut preces novies effundantur, vel affertur in elemosynam ad sacram Aedem pondus ceræ infusum æquale; vel candelæ ceræ longitudinis eidem infirmo æquales, &c. Si missam celebres, si preces effundas, sine illo colore incongruo, & sine illo signato numero precum, ac sine illa præfatio, immò cum majore pondere, &c. ritè eas vanas circumstantias tollis, si verò idcirco novies Orationem effundas, ut novem Angelorum Chori tibi auxilientur, ideo te, quia Sanctissimæ Triadæ fidem, reverentiamque profiteris, ritè corrigis, & utroque modo actionem illam à superstitionibus liberat, eaque vii (sed semper sine infallibilitatis spe) tuto potest.

Pari modo, si morbum caducum patienti insuffletur ad aurem illud, quod dixi *num. 34.* ob finem vanum, vel ut clam ea verba dicantur, suspicio magna est superstitionis : at si insuffletur ut morbum patiens audire possit, Deoque se commendare, ablata certi eventus credulitate, correctum videtur superstitio. Quo pacto non potest corrigi insufflatio, modò *num. eodem dicta*, in aures equi, quare tollatur hæc omnino, & sic emendabitur ejusmodi superstitio : ita Sanchez *lib. 2. cap. 42. num. 35. sine.*

29. Dictum autem est *num. 45.* (nisi parvitas materiæ excuset) nam licet Valentia 2. 2. *disputation. 6. quest. 13.* cui adde la Turri 2. 2. *tract. 2. quest. 95. art. 2. d. 2.* concedat; Sanchez *loc. cit. cap. 40. num. 13.* neget in superstitione posse inveniri parvitatē materiæ, tamen utrique conveniunt; quando modicæ sunt ejusmodi vanæ observationes, semper esse veniale peccatum: Valentia, ex ipsa natura parvitas, quam hic inveniri posse docet, cum ex eo solo parvo commercio tacito cum dæmone, non imminet notabile salutis damnum sic operanti: Sanchez verò ex eo, quod posita parvitate materiæ, cum actus non fiat seriò, sed loco & curiositate, vel ad experiendum, vel denique ex animi quadam levitate, erit imperfectus, atque adeò non erit novocabitur superstitio, sed animi levitas, & consequenter solum culpa venialis. Ponit uterque exemplum Cajetani, in *summa, v. Incantatio*, de volente moveri anulum dictis quibusdam Psalmi verbis; id enim semel facere, modò explicato *num. 19.* veniale esse ambo confutunt. Multo ergo magis excusantur à peccato, qui (ut hoc hac occasione etiam dicam) naturalia sola, seu sola non Sacra cum ejusmodi vanitate, seu animi levitate semel, vel iterum sine spe infallibilitatis ad effectum quempiam etiam levem, & vanum consequendum usurpant. Ratio est eadem, quia exiguum periculum deceptionis adest. Vide tamen quandam cautelam mox apponendam *num. 72.*

50. Dices hoc ipsum, quod Verba sacra, præcelsque affertur ad vanos, inutilisque effectus obtinendos, (v.g. ad motum annuli) gravis est superstitio, quia Deus non se intermiscet his rebus vanis, unde convincitur tunc expectari effectum à dæmone; Respondeo ita esse. Idem enim notanter diximus *num. 44.* ad sanitatem

vel grave quid tibi utile obtinendum) quando ergo Sacra adhibentur ad effectum levem, & inutilem etiam sine infallibilitate, erit ex se, & genere suo mortale, quia est irreverentia resum sacrarum, non tamen propterea non est excipienda parvitas materiæ, modò dicta *num. præcedente.*

Sola non Sacra.

51. Quando ad aliquem effectum consequendum, nil nisi quid profanum seu non Sacrum adhibes, quod vires non habet ad illum efficiendum, superstitione uteris, quia tacitè, modo supradicto, à dæmone illum expectas.

52. Certum autem hac in re est, uti his temerè ex præfatio explicito, vel tacito cum dæmone, esse per se mortale. Ratio patet ex dictis.

53. Certum secundo est; iisdem uti cum discretionis, & prudenter, ad habendos effectus verè naturales, ad quos medium à te adhibuit vires habet, licet occultas; negum, quia id nullam prorsus sapit superstitionem.

54. Certum denique tertio est, hic adesse multò magis parvitatē materiæ, ut per occasionem modò dixi *num. 49. sine.*

55. Illud hic ubi Sacra non apponuntur, sed naturalia, adverte, necessariam non esse eam cautelam, quæ effectus non sit infallibiliter expectandus: cum enim à causa naturali, quæ necessariò agit, illum expectes, tanta certitudine expectare licebit; quantum affert vis ipsa causæ naturalis. Contra, necessarium etiam hic erit, ut tollantur, vel corrigantur verba, vel circumstantiæ vanæ, inutilisve (si quæ fortè interpreterint) modo supradicto à *num. 45.*

56. Nota insuper hæc reduci posse, quando aliqua sunt, ut fieri omittuntur spe boni, vel timore mali eventus: siquidem communiter hæc Sacra non sunt, ut nolle iter incipere die Martis, nolle tredecim invitatos simul discumbere, &c. de quibus tamen nihil superest dicendum præter ea, quo *num. 27. & 49.* dicta sunt, & dicam à *num. 73.*

Sacra simul, & non Sacra.

57. Non est nobis hic sermo quando cum irreverentia profanis Sacra miscentur, ut si Oleum benedictum, sacram Eucharistiam, & similia adjungerentur: id enim sacrilegium esse per se constat. Sermonem igitur solum, habemus, quando, præfatio alio inconvenienti, aliquis res sacras, cum vanis adjungit; v.g. Orationem sacram, vel aquam incensum sal, benedicta unit cum circulo, ad movendum filium, vel morbum curandum, vel cum herbis, & medicamentis naturalibus ad sanandum infirmum, &c.

58. Dico primò, si res naturales adhibeantur ad obtinendum effectum ab illis solis effectum expectando, Sacra autem illa solum apponantur ad precandum Deum, cum debita reverentia, & fiducia, idem dicendum, erit quod diximus à *num. 51.* quando adhibentur solæ res naturales. Ratio est quia tunc à te solum naturali effectum naturalem expectas, resque sacra ritè, & sine culpa, modo dicto, affertur, ut supponimus.

59. Dico secundo, si Sacra adhibeantur, ut ab istis solis effectus speretur, res autem naturalis adjungatur, ut aliquid juxta ejusdem rei naturales vires ea conferat ad effectum: idem dicendum est, quod diximus à *num. 44.* quando adhibentur solæ res sacre; Ratio est, quia cum à sola re sacra effectum præstoleris, res autem naturalis sine peccato adjungatur, sola res sacra est consideranda, quam satis ibidem consideramus.

60. Dico tertio, hæc sacra ita miscere cum rebus naturaliter operantibus, ut ea credantur his indigere, seu ab his habere vim efficacem, esse meram superstitionem, ne dicam hæresim; sic enim spiritualia

statim ab infirmitate conualefcere. Sed licet id in r̄ adi
catis infirmitatibus v̄cum regulariter fit, poteſt tamen
in aliquibus, præſertim repentinis morbis contingere, ut
remedium naturale illos ſtatim expellat; primum ſcilicet
humorem, ſicut ignis aquam, vel extinguendo, vel tem-
perando. Novi Caltaniffetæ in patria mea hominem
ſecuri angore affectum, atque ita incenſum, ut in ipſa
exteriore carne ſecuri proxima turpis appareret nigre-
do, qui, dum aquam ex nix frigida, & conſulentiſſimis
medicis, ebiberet, dolorem in ipſo actu bibendi minui,
nigredinem verò (ipſe æger id mihi retulit) in eodem
actu ita ſenſim diſperere, ut aquæ epotæ locum cedere
quæſi viſtu videretur.

65. Conſtare ſecundo, ſi Docti viri, & prudentes ſitumare cauſam illam impotentem eſſe ad tale effectum producendum, ſecus, nihil certum in Philoſophia pronuntiarı poſſet, vt Valentinus docet apud Caſtro Palaeum *tom. 1. diſp. 1. de ſub. p. 1. o. num. 1.* Placet hoc dictum: ſed eſt temperandum ex doctrina modo data, quā dictum eſt mirabilem aliquando etiam Doctioribus eſſe naturę potentiam.

Colligere herbas *vel* die ad aliquem effectum, fateor
per se esse superfluum: Verbi gratia, nocte San-
cti Ioannis, die Sabbati sancti, &c. si non est illius
mysterij reverentiam: & tamen aliquando esse quid
naturale, ut poterit fieri virtus herbarum collectarum in
Æquinoctio, quam in Solstitio, Vere, quam Hyeme,
&c. quando scilicet herba est in incremento, non ve-
rò in decremento virtutis, *vel* quid simile, negari non
potest.

66. Constatet tertiò : si adhiberentur quædam
quæ aliàs in iisdem omnino circumstantiis apposta, cla-
rè apparuit ejusmodi vi nequaquam pollicè v.g. expet-
tus sum lapidem vulgarem nequaquam ferrum attrahere,
si ergo attrahit, clarè pronuntio non esse id à virtute
lapidis.

67. Constatet quartò. Si vana, & superstitionem sapientia naturalibus admiscerentur: prohibui nudius-tertius cuidam honestæ matronæ, ne uteretur filo illo à Virgine ducto, de quo dixi num. 38. quia author ejus medicamentum volebat ad se priùs afferri filium, si quidem ad usum paulò post remississ. Profectò et hoc, aliisque circumstantiis certam conjecturam feci de tacita aliqua obmurmuratione: nam cæterùm, si filo dumtaxat uti voluisset, non utique fortasse prohibuissim; Rupertus lib. 1. tom. 3. de Trinitate, cap. 1. apud Valle de Moura scit. 2. cap. 8. numero. 15. ad illa verba Genes. 3. Ponam inimicitiam inter te, & mulierem: Si nuda, inquit, mulieris planta dentem Serpentis prævenerit, & avasissimum caput ejus vel leviter preffert, statim totum cum capite corpus repente interit, ita ut omnino motus nullus, nullus sensus in aliena parte resistens sit, id quod non malleis, aut vectibus, aut gladiis coincidentibus citò ac leviter effici potest, si quidem excisum caput cum tribus, aut duobus digitulis vivere, & abire perhibetur; hoc quod prædictum est, ita esse, & ipsorum, qui per industriam exploraverunt fide, & relatione comperimus; Hactenus Rupertus. Si ergo mulier, non autem vir, id efficacie habet, cur non possit virgo innocens, non verò mulier corrupta, alicujus efficacie nobis incognita participes esse, & suis manibus in medicamentum suo sputo, quo femine solent necesse filium inungere, occultam virtutem ad aliquem morbum propellendum communicare? At quia, ut dictum est, Author medicamenti certam mihi suspensionem ingessit vane, & superstitionis obmurmurationis, vel similis, fuit meritò repellendus.

68. Superest alia non minor difficultas. Quando constat effectum quempiam admirandum non posse esse à causa naturali, v. g. sanitarum moribundi à scripta quapiam cartula; an statim iudicandum erit à dæmone esse, non autem à Deo, tunc enim, quia dubium vertitur, sitne à Deo per gratiam gratis datam, an à dæmone, rapitè invocato, qui dicitur mendax?

si. Difficultatis hujus cardo in eo versatur, utrum
quod quis re quapiam naturali sola utitur ad aliquem
effectum, quod infallibiliter expectat, nec videt, an
quodvis re tantam vim habeat, sed nec videt; facta
diligentia quicumque, an non habeat, utrum, inquam,
si judicando superstitionem committere? Videt, v. g.
quis anulum pendentem de filo dare signum horarum,
quod medicatum afferre sanitatem ægro ditiatur, et
non conficit hæc naturaliter operari, sed nec confiteri
contrarium, et tunc superstitioni judicanda, & ab illis
obtinendum?

62. Tradunt nonnulli regulam universalem: Quocumque effectus quilibet exascitur ab aliqua causa, nec non cognoscitur habere vires ad illum, toties est causa superioris illum a tali causa expectare. Ratio regulari est, ajunt, quia quoniam expectaretur solum a demone. Sed certe doctioribus haec regula nequaquam placet: Plurima enim sunt in rebus naturalibus, quorum vis praefata non latet necesse virtutum Magnetis, Succi, Mercurii, feni Argenti vivi, circa ferrum, palem, praedictis metallum, & sexenta similia: Non igitur valet, Ego non cognosco, unde sit hic effectus, ergo est a Deo, vel a demone: poterit enim procedere ex causa naturali, cujus vis mihi incognita est, & occulta. Legit Saturnum Augustinum lib. 14. de Civit. cap. 24. quod mirabilia a quibusdam hominibus facta esse recenset, quae certe ignavis virtutis naturalium causarum facile demoni tribueret.

Inter hos homines nomine Restitutum refert; qui
ita ad libitum alienabatur à sensibus, ut etiam ignem
adactum non sentiret, & alium, qui sudare solitus
erat, quiescere volebat, & multos, qui flere. Equidem,
ego hominem ex nostra Societate cognosco per familiarita-
tem meam, qui quiescere ei libet, compositis ad maesti-
tiam oculis, lacrymas emittit.

63. Formemus ergo probabilius hanc regulam, quam
ponit Sanchez ibi num. 44.

In his rebus naturalibus, quoties non apparet intermixta aliqua superstitione, ut sunt verba incognita, determinatus numerus rerum impertinentium, vel quid simile, præsumendum esse pro viribus naturæ, atque adeo non esse culpam (præscindenda ab alio inconuenienti) careat. Ratiæ regulæ est quia, tunc res est dubia, & demonstrans, an a vi occulta naturali sequatur effectus. In ad dubiis, melior est conditio nostræ voluntatis volentis illis actionibus, Rursus, est melior conditio naturæ, quæ ex læpulis contingitibus præsumenda est potens, & multum mirabilis in suis operationibus. Quamvis enim ejus vis vel in Doctissimis non videatur in se, potius cognosci in suo effectu, & hunc discursum a positione, formari; Multi quia video & Magnete, & Succino ferunt, & paleam trahi, cognosco in illis esse virtutem trahendi, ita, quia video sanitatem fieri à gladio solis naturalibus medicamentis peruncto, colligo virtutem illis occultam ineff. ægrum absentem sanandi, video tamen quod hoc exemplum, quæ dicam mox n. 77. lapide Caramulæ lib. 3. th. mor. num. 1381. Si quid rerum (inquit) videtur, gratias age naturæ conditori, potentissimum potentissimum condidit: hoc suppono: sublatere aliquod patitur, aut damnum interueniunt, quousque videam evadent, non credam.

64. Evidenter autem constare effectum non esse à
vires naturæ quadruplici saltem via posse. Primò, si
effectus adesse esset super naturam, ut à nulla naturali vi
esse posset; qualis esset manifestatio secretorum cordis,
motus resuscitatio, &c. numerat inter hos Sanchez